



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Macherentini Societatis Iesv Theologi,  
Explanatio Catechismi Catholici**

**Macherentinus, Johannes**

**Colon., 1612**

De peccatorum circumstantijs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39397**

lemque consuetudinem iam pridem introductam & seruata[m] : Et præterea si quæ alia in posterum certis iustisq[ue] de causis, etsi antea non essent consueta, ipsa Ecclesia exigenda statueret.

## X X X.

DE PECCATORVM CIRCVM-  
stantijs ad confessionem rectè faci-  
endam necessarijs.

Suntne peccatorum circumstantia in  
confessione necessario de-  
te[re]nda?

**V**Tique. Quando vel in infinitum au- Vide Ca-  
tech. Tres  
uir. c. 4. in  
sacra. pœ-  
nit. de con-  
fessione.  
gent peccatum, vt cum id quod natura  
sua veniale tantum est, ob circumstantiam  
fit mortale: aut in aliam speciem peccati  
transmutat: aut denique opus ex se bonum  
ex adiuncta circumstantia peccati rationem  
subit.

Numerus peccatorum, quantum fieri Quod pecca-  
torum nu-  
merus in  
confessione  
explican-  
dis fit.  
potest, indicandus: quod si certus iniri non  
possit, consuetudo & frequentia peccandi,  
tempus item quamdiu in peccato per-  
seueratum, omnino manife-  
standa sunt.

QVID FACTA DISCVSSIONE  
*mibi agendum?*

*Hæc media  
diligenter  
comparat  
ex c. de pe-  
nitentia in  
Catechesi-  
bus Treu.*

**E**Xcitanda contritio, quæ nisi accesserit, vana erit confessio. Dolor itaque quod in Deum ac seruatorem adeò ingratum ac infidelem te exhibueris, medijs ac rationibus à confessarijs aut Catechista præscriptis, comparandus est. Sequenti autem precandi formula licebit uti.

✠

Omnipotens, ac benignissimè Domine Iesu Christe, te ex intimo corde deprecor, conuerte ad me miserum & indignum peccatorem oculos misericordiæ tuæ, quibus discipulum tuum Petrum in pontificis atrio te negantem, & Mariam Magdalenam in conuiuio lachrimantem, & Latronem in cruce confitentem aspexisti, ac concede, ut cum Petro peccata mea deflere, cum Magdalena te toto corde diligere, & cum Latrone in æternum te videre merear, Amen.

## X X X I I.

## D E C O N F E S S I O N E.

*Secunda penitentia parte.**Quid est confessio?*

**H**umilis sui ipsius coram sacerdote absoluenti potestatem habente accusatio,